

§. III.

An oblatio Judici Libellus vim habeat, præscriptionem interrumpendi?

107 **I**ta videtur decidendum, si legatur I, textus in l. sicur 3. Cod. de Præscript. 30. vel 40. an- nor. ubi præscriptio cursum sistere dicitur, in Judicio postulatione deposita. II. textus in l. cum notissimi 7. in pr. Cod. eod. ubi deciditur, præscriptionem etiam per solam conventionem (quæ utique per oblationem Libelli fit) interruppi. III. textus in l. ult. Cod. de Annali except. ubi dicitur, esse interrupta temporum curricula, postquam actor Libellum conventionis transmisserit.

108 Sed, si textus recitati non tantum obiter legantur, sed etiam cum verbis antecedentibus & consequentibus penduntur, certissimum omnino videbitur, solam Libelli oblationem tantæ ponderis haud esse, ut præscriptionem aliquam interrumpat, nisi citatio concurreat. Sic enim in d. l. sicur in rem manifestè deciditur, præscriptionem 30. annorum non censi interruptam, etiam si præcisus oblati (Principi) speciale quoddam responsum actor promeruerit (subintellige ad actionem, in Judicio proponendam, coram Judice delegato) nisi, allegato sacro rescripto, aut in Judicio postulatione deposita, fuerit subscribita per executores conventio, hoc est, citatio insinuata, veluti Brunneum ad cit. l. n. 9. & alii Interpretes explicare videntur.

109 Pariter, dum in cit. l. cum notissimi &c. præscriptio per solam conventionem dicitur interrupta, non sola Libelli oblatio, sed etiam ejusdem manifestatio, per citationem reo intimata, præcessisse supponitur: neque enim conventus in Judicio cum effectu dicitur, cui de conventionem facta per insinuatam citationem authenticè non constat. Denique cit. l. ult. non solam oblationem, sed etiam transmissionem Libelli, unâ cum citatione, desiderat, quando temporum, pro præscriptione definitorum, curricula ab eo tempore vult esse interrupta.

quod actor obnoxium suum, id est, reum, in Judicium clamaverit, seu, vocaverit, & NB. Libellum conventionis ei transmisserit. Ergo per citationem demum, & Libelli oblati transmissionem ad reum, præscriptio censetur interrupta, prout traditum est in Lib. I. tract. II. de Præscript. cap. 7. n. 32. & seqq.

Facienda tamen, exceptio in casu, quò reus est absens, seu naturaliter, seu moraliter, puta, quia est infans, aut furiosus, nec tutorem aut curatorem habet: tunc enim licitum est actori, vel adire Præfide[m] Provincie, vel hodie Magistratum alium, ac Libellum eiporrigere: eaque porrectio vim habet, quamcunque præscriptionem, tam ordinariam, quam extraordinariam, interrumpendi juxta decisionem l. in perfectissimis 2. Cod. de Annali except. Wissenbach in comment. ad eand. l.

110 Illud fortassis non nemini videbitur mirum, quòd Imperator Justinianus in l. nli. Cod. d. l. rejiciat quidem Libellum generalem, quò, non expressâ debendi causâ, vel quantitate debita, petitur aliquid à reo; & tamen ibidem tali Libello (suppone, quòd unacum citatione reo fuerit transmissus) consignetur vim, interrumpendi præscriptionem quamcunque ratione cujuslibet debiti, actori à reo præstandi.

111 Sed sciendum est, quòd Imperator in cit. l. supponat, reum, generali Libello conventum, nullâ protestatione contra Libellum, tanquam ineptè formatum, interpositâ, litem fuisse contestatum; quò supposito, Libellus etiam generalis, obscurus, & incertus, sustinetur, ex dicendis in seq. sect. ac illius virtute jus omne, quòd actori competit, in Judicium deductum, sicut & præscriptio respectu omnium debitorum interrupta præsumitur. Videantur Brunneum, ad cit. l. num. 5. & seqq. Perez in Cod. ad cit. l. num. 4.

§. IV.

Cujus sumptibus Libellus confici, & offerri debeat?

115 **A**d effectum Libelli non incommode hic revocari possunt sumptus, pro ejus confessione & oblatione solvendi; simulque ventilari potest quæstio, cujus sumptibus Libellus confici debeat, & offerri? Ubi Resp. breviter cum distinctione: an reus ab actore antecederet ad satisfactionem interpellatus fuerit, necne? Posteriore casu reus non tenetur sumptus Libellarios refundere, saltem, si intentionem actoris mox fateatur,

& agnoscat. Priore casu videndum, an reus statim obtulerit satisfactionem, an Libelli oblationem expectaverit. Si prius sibi imputare debet, quòd temerè ad litem procedendò inutiles expensas fecerit. Si posterior; reus expensas, in Libellum factas compensare obstringitur: utpote cum earum causa extiterit. Stryck cit. dispensat. cap. 9. num. 13. Ummius d. dispnt. thes. 12. num. 56.

SECTIO IV.

De Contrariis, seu Vitiis Libelli.

SUMMARI.

119. Vitium Libellorum est contrarietas. 120. Vitium alterum est obscuritas. 121. Vitium

tertium est generalitas. 122. & seq. Quòd tamen in aliquibus casibus toleratur. 124. Libellus,

libellus, inexcusabili vitio laborans, ex officio rejiciendus. 125. Aliâ sententia mulier proferatur. 126. Sin autem vitium excusari possit, excusandum est. 127. & seqq. Vitium quartum est pluspetitio, quadrupliciter contingens. 131. Olim ab hoc vitium perdebatur causa. 132. Modò plus petens in expensas condemnatur. 133. Et si tempore quis petat plus, duplicatò tempore deinceps expectare tenetur. 134. Quali excusatio datur à pena plus petitionis? 135. & seq. Utrum actor sibi noceat, minorem quantitatem petendo? 137. Emendat Libellum, qui corrigi in accidentalibus; mutat, qui

corrigi substantiam. 138. Variorum opiniones de emendatione & mutatione. 139. Libellus usque ad sententiam emendari potest. 140. Notari notandis. 141. Mutari potest ante litem contestationem. 142. Si propter mutationem, sui & propter emendationem, expensas refundantur adversario. 143. & seqq. Possit litem contestationem mutari nequit, ut maneat idem Judicium. 150. & seqq. Explicatur §. 35. Inst. de action. 155. & seqq. Solvitur l. 4. §. ult. ff. de Noxal. action. 159. & seqq. Exponitur cap. 5. de Causa possess. & propriet. 165. Præcedens assertio nonnulli declaratur.

§. I.

Qualiter Libellus contradictione, obscuritate, & generalitate reddatur vitiosus?

119 **L**ibello contraria sunt vitia, seu, si malis dicere, imperfectiones aut defectus. Horum primum est contradictio & contrarietas, quando scilicet actor in Libello sibi metipsum contradicit, vel contrarias sibi actiones accumulatur, vel repugnantis in narratione ponit, dicendò semel, se Calendis Maji extitisse Monachii, & postea asseverandò, Calendis Maji pecunias mutuas à se Titio Salisburgi numeratas esse: nam ad versa petens, & sibi contrarius, non est audiendus, ait Innocent. III. in cap. sollicitudinem 5. 4. in fin. de Appellat. nec rara habentur, quæ inter se pugnantia sunt, ait Celsus in l. vulpugnantia 188. in pr. ff. de R. J.

hereditatem &c. spectantes, in specie seu in individuo determinare per l. post actionem 1. §. 1. ff. de Separi hered. per. l. post actiones 1. §. nli. ff. de R. V. l. pupillus 239. §. 8. ff. de V. S. Item 123 quando genus est in obligatione; aut factus cum accessoriis petuntur; aut quid aliud, quòd prudenter ignorari potest, præditur arg. §. si quis 33. Inst. de Altrion. l. & ex diverso 35. §. 1. l. qua de tota 76. §. 1. ff. de R. V. Gonzalez ad vit. cap. significantibus n. 6.

120 Secundum vitium est obscuritas, ex ambigua verborum positione, mutilata & imperfecta narratione, inepta actionum cumulatione præmissis orta, ita ut jus agendi, & certa actoris intentio nequeat ex Libello colligi: hocque vitium, seu fini, ob quem offerendus Libellus, & diametro contrarius, abhorrent Jura arg. antè offeratur Cod. de Lit. contestat. Lauterbach ad cit. ff. de Ed. §. 20.

124 Quæres: quid agendum Judici, si Libellus ita vitiosus offeratur? Resp. Si Libellus unò ex recensitis vitiis, tanquam manifestò laborer, ut commodà quadam interpretatione juvari non possit, Judicis obligationem esse, ut illum ex officio rejiciat, & juxta vulgatum loquendi morem, dentibus laceret, nec non reum ab instantia absolvat; actorem verò, reservatâ facultate de novo (sed melius & accuratius) agendi, in expensas condemnet per cap. examinata 15. de Judic. Gall. 1. obs. 66. n. 1. & seqq. Lauterbach cit. l. §. 23. Stryck cit. disp. cap. 8. n. 16. Quòd si 125 hoc omiserit Judex, & sententiam juxta formam informati & vitiosi Libelli pronuntiaverit, ipso Jure nulla est per textum in cap. cum dilecti 3. de Empt. vendit. Gall. cit. l. n. 1. Stryck n. 3. & seqq.

121 Tertium, priorique consine vitium est incertitudo, seu generalitas Libelli, quando nimium est planè incertum, quid quantum, & quale petat actor; veluti si terram petat, & reus plures terras habeat cap. significantibus 2. h. t. item si petat pecunias, nec exprimat quantitatem, vel causam petendi l. nli. Cod. de Annali except. Sanatur tamen & excusatur hoc vitium, quando objectum est universale, v. g. hereditas, territorium, grex: ibi enim nec obligatorium, nec possibile est, res omnes, ad

126 Sin autem Libellus commòdâ interpretationem recipiat, tolerandus, atque in favorem actoris explicandus est, nisi reus exceperit, ut dicemus in n. 146. per l. si quis 66. & ibi Brunneum. n. 1. & seqq. ff. de Judic. Gall. cit. l. num. 6. & seqq. Myrtinger cont. 4. obs. 5. Brunneum. de Proc. d. cap. 5. n. 14.

§. II.

Qualiter Libellus plus petitione vitietur?

127 **V**itia Libelli, in §. antecod. dilucidata, sunt generalia. Speciali consideratione dignum est vitium plus petitionis, quæ quatuor modis accidere potest, Re, Tempore, Locò, Causâ. Re plus, quam oportet, petitur, quando pro minori quantitate debita quantitas major, vel locò partis debita: totum petitur. 128 Tempore plus justò petitur, quando debitum est conditionale, vel in diem, idque ante adventum, dici, vel existentiam conditionis, exigi-

tur. Locò plus, quam æquitas admittit, 129 petitur, cum exiolvendo debito locus certus est determinatus, & actor solutionem alibi præterdicit, non factâ alterius loci commemoratione. Causâ plus & ultra justitiam 130 petitur, dum aut genus aut alternatio est in debito, actor autem rem certam ac determinatam postulat. Textus in cap. un. de Plus petition. §. si quis agens 33. Inst. de Altrion. Hoc vitium plus petitionis non tantum Li- bellum

bellum inficit, sed & Libellantem pœnæ sub- jicit. Et quidem de Jure antiquo plus qua- cunque ratione petens debebat causâ & jure; nec facile in integrum restituebatur à Præto- re, nisi minorensi atq; succurreret, teste Jus- tiniano in cit. §. signis agens in pr. de Action.

- 132 Jure noviori, excepto casu, quò creditor, mi- nozem sibi quantitatem deberens, nihilo- minus cautionem vel chirographum pro ma- jori quantitate extorsit, atque in Judicium de- duxit juxta l. ult. Cod. de Plus petition. plus petens non amplius causam amittit; sed, qui Re, Locò, vel Causâ plus petit, damnus omne, quod reus exintemptiva petitione tenferat, de Ju- re Civilin tripulum refarcire tenetur d. §. si quis agens in fin. & l. Zenonis 2. §. 2. Cod. d. r. de jure Canonico aut simpliciter in expensas condemnatur d. cap. un. & ibi Gonzalez n. 14.
- 133 Qui verò Tempore plus petit, præter refusio- nem expensarum insuper in eo punitur, quòd tempus, aliâs pro solutione definitum, dupli- cetur, vel totum, ut Schneidewin ad cit. §. n. 3. contendit; vel, ut verius arbitratu Gonza- lez d. n. 14. residuum, adeò ut, si duobus mensi- bus citius, quam debuisset, actor egerit, adhuc

per duos, sicque in omnibus per quatuor men- ses, expectare obligatur d. §. cap. un. quate- nus in eo, in quo deliquit, castigetur, & pœna delicti proportionata sit arg. l. aut damnus §. 7. ff. de Pen. & cap. quosvis 2. de His, qua sunt à majori parte Capituli. Qualiter autem 134 ab hisce pœnis exculari valeant plus petentes, ex instituto tractat Gonzalez d. l. n. 15. nempe si minorenses sint d. §. si quis agens & c. si per ignorantiam probabilem id fecerit per l. pen. Cod. ad L. Falcid. si ante litem contestatam ab injusta petitione destiterit arg. cit. cap. un. & l. ult. Cod. h. t. quin etiam si ponitur in ad- huc act. sententiam, uti novissimè docuit Clariss. P. Schmalzgrueber ad h. t. n. ult.

Queres: an actor sibi noceat, si per erro- 135 rem minus petat, quam sibi debeatur?

Resp. negativè. Textus expressus in §. si minus 34. Inst. de Actionib. Ratio est; 136 quia, tametsi ex n. 93. actor censetur ea consi- derari, quæ Libello inseruit; at tamen sicuti plus petendò sibi non præjudicat ex n. antecedenti, quando ducitur errore probabilis; sic etiam minus petendò sibi nequiquam nocebit. P. König ad h. t. n. 2. Harprecht ad cit. §. n. 1.

§. III.

Licetne Libellum vitiosum emendare, vel mutare?

- 137 **E**mendare Libellum, nihil aliud est, quam, salva manente ejusdem substantiâ, defe- ctus & vitia, in §§. anterioribus delineata v. g. incertitudinem, generalitatem, alternationem & c. corrigere. Mutare Libellum, est, illum quoad substantiam invertere, ac vel no- vum objectum substituere, vel novam ac di- stinctam actionem instituire.
- 138 Emendationem & mutationem Libelli sem- per & in omni casu licitam esse, defendunt Ba- chov. disp. 1. de action. tb. 44. Stryck in usu mod. cit. tit. §. 10. Fleck cit. lib. 5. tit. 28. num. ult. Brunnem. in Proc. d. cap. 5. n. ult. Gletle ad tit. Inst. de Action. n. 16. Distinguit contra inter emendationem & mutationem An- dreas Gail. lib. 1. obs. 74. n. 4. Klock. rom. 3. conf. 123. num. 13. Ummius de Proc. disp. 6. tb. 16. n. 75. & seqq. Lauterbach cit. tit. §. 18. P. Engel d. t. n. 8. Magnif. D. P. König cit. tit. n. 59. ac emendationem usque ad sententiam; mutationem usque ad litem contestatam tantum permittunt. Eamque distinctionem praxi firmatæ, perhibet ex Authoribus prio- ris sententiæ Stryck. Ego sequentibus asser- tionibus animum meum declaro, &
- 139 Dico I. Libellus usque ad sententiam emendari potest, dummodò sumptus, per ine- ptum Libellum reo causati, refundantur. Textus in hanc rem occurrit I. in d. §. si minus 34. ubi Imperator decidit, quòd, qui petit ab initio 5. aureos, non prohibetur postmodum in eodem judicio 10. petere. II. in l. si quis 66. ff. de Judic. ubi generaliter Ulpianus edif- ferit, si quis intentione ambigua vel oratione usus sit, id, quod utilius est, accipiendum esse. III. in l. actorum 46. ff. de Re judic. ibi: actorum verba &

emendare, tenere sententia per severante, non est prohibi- tum. Tria autem ex Millero ad Struv. cit. exercit. 149 §. tb. 41. notanda veniunt. I. Libellum obscurum, confusè positum, inordinatum, ge- neralem, incertum, contra stylum conceptum, si quid à reo ante litem contestatam contra- iptum exceptum non sit, subsistere, & in pro- cessu emendari ac declarari posse; ubi verò ex- ceptum contra Libellum, ante litem contesta- tam emendandum, aut processum deinceps esse nullum. II. Quando, exceptione hæc omis- sâ, reus Libelli obscuri declarationem petit, eò ipsò Libellum approbâsse, exceptionemque remississe præsumi; ideòque pro cautela ob- servandum, ne declarationem, sed refectionem, cum ab solutione ab instantia & refusio- ne expensarum, petat. III. In obscuris Li- bellis reum non petere, Libellum declarari, sed dicere, se non teneri respondere. Dico II. Ante litem contestationem licet 141 mutare Libellum, dummodò sumptus, per hoc reo causati, refundantur. Itaque intelligo textus in §. si quis aliud 35. Inst. de Action. l. hu- jusmodi 84. §. 5. ff. de Leg. 1. l. edita actio 3. Cod. de Ed. dum Libellum mutari posse, supponunt; nempe totò illò tempore, quod litem contesta- tionem antecedit, quippe quò ex num. 90. sine consensu rei, si specialiter ipsius non interlit, licet à Judicio recedere. Dixi in utraque conclusione: dummodò sum- 142 ptus, per hoc reo causati, refundantur. Nam in l. eum quem 79. in pr. ff. de Judic. per modum regule dicitur, eum, quem temerè Adversarium suum in Judicium vocasse, constituit, vitiaque sumptus Adversarii suo reddere debere. Quive- 143

rò Libellum vel mutat, vel emendat, temerè Adversarium in Judicium vocavit, aut vocâsse præsumitur. Ergo, si sumptus quosdam fecerit, debetibus eis circumvenire. P. König ubi supra n. 59.

- 141 Dico III. Post litem contestationem non licet mutare Libellum eò sensu, ut maneat idem Judicium. Ratio desumitur I. ex l. non potest 23. ff. eod. ubi Paulus, non potest, ait, videri in Ju- dicio venisse, quòd post Judicium acceptum (id est, Interprete Gothofredo ibid. lit. i. post litem contestatam) accidisset: ideòque alia interpellatione (seu, ut idem Gothofredus lit. l. glossatur, novò Libello, novaque petitione) opus est. Ergo, si lite jam contestatâ, movetur nova actio, vel petatur novum objectum, non videtur desuper litem contestata, vel formatus Li- bellus. Ergo Libellus non mutari potest, sed lis innovari debet.

- 144 Neque dicas: sensum cit. l. esse alium, quòd nempe non videatur in Judicium venisse, quòd, lite jam contestatâ, primum in obligationem venit. Nam hoc etiam sensu transmissò, stringit argumentum fortiter à pari, quòd, si- cut in Judicium non censetur, esse deducta- res, quæ post litem jam contestatam incipit deberi; sic etiam non censetur esse in Ju- dicio deducta res, quæ, lite jam contestatâ, primum exigitur.

- 145 Ratio est II. quia ex n. 92. sententia Libello, ab actore porrecto, conformiter est pronun- tiata. Sed, ubi Libellus mutatur, ac aliud ob- jectum petitur, aut nova formaliter actio sub- stituitur, sententia nequit Libello, ab actore porrecto, conformiter pronuntari. Ergo & c.

- 146 Si dicas: hoc argumentum posse retor- queri contra conclusionem primam, ubi concessimus emendationem Libelli. Contra est: quia sententia non debet esse Libello con- formis quoad accidentalia, sed tantum quoad substantialia: cæterò quoniam Judex actori, petenti 100. deberet totidem adjudicare, licet 60. tantum probaverit.

- 147 Ratio est III. ex l. licet tamen 3. §. 11. ff. de Pecul. l. nemo post 4. Cod. de Jurisdic. in quibus locis innuitur, per litem contestationem con- surgere quasi contractum, per quem actor ob- ligitur, non tantum quoad generalia in judicio stare, sed etiam in particulari suam actio- nem ad finem deducere; reus autem ad finem usque respondere. Sed, si liceret actionem mutare, cessaret quasi contractus & obligatio. Ergo & c.

- 148 Ratio est IV. ex veteri procedendi modo, in quo, dum Judex Pedaneus non poterat de alia actione, ac quæ in Libello & formula erat expressa, judicare, utique novâ instantiâ & li- tis contestatione opus erat, ubi nova actio movebatur, veluti ipsimet Adversarii non instan- tibus. Ergo, cum Jus novum quoad hoc punctum nullibi clare recesserit à Veteri, sicut mox patebit, nec Jure novo licebit, sine novo Judicio Libellum, lite jam contestatâ, im- mutare.

- 149 Ratio est V. ubi nullus prorsus effectus,

nullave pars anterioris Judicii remanet, ibi novum prorsus Judicium confurgit. At quan- do Libellus post litem contestationem supponit fuisse mutatus, nullus prorsus effectus, nullave pars anterioris judicii remanet. In- primis enim iste Libellus de novo concipitur, & porrigitur Judici. Deinde reus iteratò citatur, ut potè cum antecederet ad unam cau- sam citatus non teneatur ad aliam postea re- spondere. Ad hæc, cum reus nesciat, an mu- tatus Libellò, cedere vel contendere magis ex- pediat, novâ indiget deliberatione & dilatio- ne. Satisfatio quoque, cum ultra fatidantis intentionem, priori Libello coarctatam, se non extenderit, erit repetenda. Nec minus, ut conslet, habeatne reus animum, visâ jam Li- belli mutatione, alia litem contestatio debet interponi. Ergo, quando Libellus post litem contestationem supponitur fuisse mutatus, novum prorsus Judicium confurgit.

Oppones I. §. si quis aliud 35. Inst. de Action. 150 ubi ita Justinianus: si quis aliud pro alio inten- derit, nihil enim periclitari placet, sed NB. in eodem Judicio, cognita veritate, errorem suum corrigere ei permittitur, veluti si is, qui hominem Stichum pe- tere deberet, Eroteum petierit: aut si quis ex testa- mento dari sibi oportere intenderit, quòd ex stipulata debetur. Atqui Judicium utique durat post litem contestatam, imò tunc primum incipit. Ergo tunc unum pro alio petere, & ita Libel- lum mutare, conceditur.

Resp. distinguendò minorem: Judicium 151 durat post litem contestatam, imò incipit. si su- matur in sensu strictiori, conceditur; si sumatur in sensu largiori, negatur min. & sub eadem dist. neg. & conced. consèq. Judicium largè sumptum incipit à tempore Libelli ob- lati; strictè acceptum, à tempore litem contesta- tæ inchoatur, veluti distum in Tract. I. de Ju- dic. cap. 1. n. 11. & repetitur in pr. presentis tract. In cit. §. si quis accipitur in sensu largiori ad mentem §. ult. Inst. de Pan. temerè litigant, cæterò quoniam Imperator contra principia Juris, à n. 143. recensita, quidquam statuisse; quòd credere vel asserere, nescio, an quis ausus fuerit.

Neque replices I. verba in significatione 152 magis propria esse accipienda: consequenter ly eodem Judicio in sensu strictiori, nempe pro Judicio, litem contestatam sequente, intelli- gendum. Nam & Adversarii non possunt accipere citata vocabula in sensu strictiori, sed fateri coguntur, Judicium, mutatò Libello, non manere idem ad quartè, sed tantum inada- equatè. Unde responsio nostra nequitiam absona, sed eò magis intentioni Imperatoris est consona, quò magis cum principis Juris, à n. 143. adstructis, concordat.

Neque replices II. in §. antecedente 34. Inst. de 153 dicio accipi strictè pro tractu temporis, litem contestatam subsequente: adeòque in præ- sente §. in eodem sensu capiendum esse. Si- quidem aliunde jam cognitum fatisque pers- pectum est, verba in sensu juridico juxta sub- jectam materiam explicanda: & hinc, cum- 154

subiecta materia præcedentis §. strictam Judicii explicationem; præsentis verò contextus latiore exigit; diversam omnino explicationem esse reddendam.

154 Neque replices III. idem Judicium, strictè sumptum, manere, quando ab initio sunt petiti 100. postea petuntur 200. d. §. si quis 34. cur ergo non maneat idem, quando ab initio petitus est homo Stichus, postea Eros? Disparitas enim est luculenta: quia 100. & 200. sunt partes quantitativæ, ad idem totum componendum ordinatæ; consequenter non faciunt objectum formaliter diversum, sicut Stichus & Eros, quorum nullus ad alterum, eum idem totum, ordinatur.

155 Oppones II. textum in l. in delictis 4. §. ult. ff. de Noxal. act. ubi actori, qui, ex facto servi damnificatus, Dominum, quasiis damni illati conficius esset, convenerat, licentia datur, donec prius Judicium agatur, si eam de scientia Domini petiteat, ad noxalem causam transeundi. Sed hoc modò post litem contestatam, mutatur Libellus, & nova actio intentatur. Ergo &c.

156 Resp. I. hunc textum, cum ex Jere Veteri, quò formula actionum erant frequentare, desumptus sit, omnibus solvendum esse, quicumque nobilium negant, actionem de Jure Veteri mutari potuisse.

157 Resp. II. negandò minorem, quòd in casu proposito Libellus immutetur. Enim verò sicut actio noxalis non est nova substantialiter actio, sed nova tantum qualitas, actioni veteri, quæ cæterò quin ex facto servi quæ talis competeret, superaddita, ac contra Dominum servi, qui conveniri nequit, extensa: ita etiam nova substantialiter actio non movetur, quando prius Dominus scientiæ de facto servi insinulatus, atque in solidum conventus; postea, non probatà scientiâ, ad noxæ deditioem actum est. Legatur hac de re §. sunt autem 4. Inst. de Noxal. act. & conferantur Lauterbach ad ff. eod. tit. §. 2. Stryck in usu mod. ibid. §. 1. Struv. exercit. 14. ib. 42. Miller ibid. Brunnem. ad cit. l. in delictis 4. §. ult. n. 15. Haunold. Jurisprud. Judic. tr. 3. n. 167.

158 Resp. III. cit. l. posse exponi de Judicio latè accepto, quod nempe durat ab oblatione Libelli usque ad litem contestatam, sicut in num. 151. responsum est.

159 Oppones III. rei vindicatio est actio substantialiter distincta ab interdicitis seu actionibus possessoriis; & tamen permittum est actori, post litem contestatam, usque ad conclusionem in causa, relicta rei vindicatione, quam antecederet moveret, remedia possessoria intentare, juxta textum in cap. pastoralis 5. de Causa possess. & propriet. l. naturaliter 12. §. 1. ff. de A. vel A. P. l. cum fundum 18. §. 1. ff. de Vi & vi arm. Ergo post litem contestatam actio-

nem substantialiter diversam instituire licet. Ergo Libellus mutari potest.

Resp. distinguendò anteced. Rei vindicatio est actio substantialiter diversa ab interdicitis seu actionibus possessoriis quoad modum essendi, seu formaliter, conc. ant. quoad modum cognoscendi, seu judicialiter, neg. ant. Volo dicere: quamvis rei vindicatio differat quoad sua prædicata essentialia & effectus ab actionibus possessoriis, attamen ex dispositione Juris in cognoscendo & dijudicando tantam cum illis connexitatem habet, ut & simul in eodem Libello conjungi, & simul in eodem Judicio & ab eodem Judice tractari debeant cap. susceptis 1. cap. ad ultimum 2. cap. cum dilectis 6. de Causa Possess. & propriet. Et hoc idè: quia causa proprietatis plerumque causam possessionis, & vicissim, involvit; illæque, qui proprietatem obtendit, simul & possessionem petit; & qui possessionem manuteneret studet, titulum, ex quo resultat proprietatis, vel allegat, vel attingit, vel præsumit. Hinc facile permittum est, à petitorio ad possessionem, & contra, transire; ad eum Libellus tunc non tam mutari, quam declarari & dilatarì videatur. Ubi

Quæres incidenter: an post litem contestatam liceat, relicto petitorio, non tantum remedia possessionis acquirenda vel recuperanda, sed etiam retinenda intentare?

Resp. quòd liceat. Textus expressus in cit. l. naturaliter 12. §. 1. ff. de A. vel A. P. Valens. ad rit. de Causa Possess. & propriet. n. 4. Zoëli ibid. in fin. P. Engel ibid. n. 10. Et ratio est: tum quia non potest excogitari prudens disparitas, cur remedia recuperanda vel acquirenda, non autem retinenda possessionis, liceat petitorio substituere: tum quia remedium retinendæ tam arctam cognationem cum proprietate habet, ut ordinariè, qui Dominus est, simul & possessionem civilem habeat, eamque retinere studeat.

Nec obest: quòd in cit. cap. pastoralis 5. de Causa Possess. & propriet. altum silentium sit de remedio retinendæ. Hoc enim idè factum, quia S. Pontifex, uti apparet ex narratione, de illo non erat consultus. Et licet adjecerit clausulam: aliis possessoriis Judicis in suo robore duraturis, quæ vindicationem domini sui naturam præcedens. Ea tamen haud incongruè sic explicatur, quòd alia, quæ aliis de Judicis possessoriis tum cumulandis, tum tractandis, sunt statuta, in suo robore sint duratura.

Dixi superiùs in n. 143. Libellum mutari usque non posse post litem contestatam in eo sensu, ut maneat idem Judicium. Quin enim mutari possit, ut simul Judicium totaliter & adæquatè mutetur, non dubito, si modò sumptus, interim à reo expensi, ab actore refundantur.

CAPUT II.

De Citatione.

Libelli oblationem, Judici factam, sequitur *Citatio*. Hæc non eodem, quò olim, modò hodie expeditur. Olim namque licebat cuivis, Adversarium suum autoritate privatà in jus vocare, & recusantem obtortò collò in jus rapere, nisi ex numero eorum extitisset, qui aut omnino vocari non poterant, aut non nisi cum venia Pratoris. Hodie non amplius privatà, sed publicà auctoritate, vocatio in jus, seu Citatio peragitur, sicut ex dicendis clariùs elucebit.

SECTIO I.

De Natura, Partibus, Diversitate, & Necessitate Citationis.

SUMMARIUM.

1. Citatio est idem ac in jus vocatio.
2. Definitur.
3. Est actus judicialis.
4. Quo reus.
5. Auctoritate Judicis.
6. & 7. Qua semper necessaria.
8. In jus, vel Judicium vocatur.
9. Prima Citationis pars est ejus conceptio, qua debet continere nomen Judicis.
10. Actoris.
11. Rei.
12. Loci.
13. Temporis.
14. Actionis.
15. Duo notanda.
16. Secunda pars est executio, qua continet commissionem.
17. & 18. Eaque præsumitur.
19. Et insinuationem.
20. Post quam sit relatio.
21. Notamen.
22. Citatio alia est Simplex, alia Perem-

pria. 23. Hæcque dupliciter fit. 24. & 25. Præxi utriusque. 26. Alia realis, alia verbalis. 27. Illa est rarior, hæc frequentior. 28. Alia generalis, alia specialis ab objecto. 29. Illa consuetudini; & 30. & seqq. Juri communi videtur conformior. 31. Alia generalis, alia specialis à subiecto. 32. & seqq. Subjunguntur exempla. 40. Adstruitur necessitas Citationis. 41. Roboratur. 42. Non remittitur in Judicio Principis. 43. Nec in processu summario. 44. Nec in causa notoria. 45. Nisi planè exceptio vel defensio nulla supersit.

§. I.

Quid sit Citatio?

1. Citatio, si nominis etym non spectetur, idem est, ac vocatio; germanicè Ladung/ Dorladung: licet, consideratò Jure Veteri, non idem fuerit, in jus vocare, & citare: cum vocatus ad Prætorèm censeretur in jus vocatus; vocatus autem ad Judicem, diceretur citatus, prout hanc & alias differentias expendunt Ulmiius de Proc. disp. 5. th. 4. n. 16. & Miller ad Struv. exercit. 5. th. 6. lit. a.
2. Definiri potest, quòd fit actus Judicialis, quò reus autoritate Judicis in jus vel Judicium vocatur. Ita ferè Struvius cit. exercit. th. 8. & Miller ibid. lit. a. & seqq.
3. Dixi l. actus Judicialis. Inprimis enim Citatio decernitur à Judice: ergo judicialis actus est. Deinde à Citatione Judicium inchoari dicitur in §. ult. Inst. de Pen. rem. litigant. adeoque non potest non esse ex numero actuum Judicialium. Denique in cap. quoniam 11. de Probationib. Citatio refertur ad *acta Judicialia*: sicque naturam actuum seu actorum Judicialium habere debet.
4. Dixi II. quò reus. Regulariter enim citatur ille, contra quem actio in Libello proposta tendit; reus videlicet, aut legitimus illius administrator, tutor, curator &c. Card.

de Luca de Judic. disp. 9. n. 40. Brunnem. de Proc. cap. 3. n. 24. Aliquando tamen & alii citantur, illi videlicet, quorum interest, quibusve præjudicium imminet per l. nam ita 39. ff. de Adopt. l. de unoquoque 47. ff. de Re Judic. Brun. d. l.

Dixi III. auctoritate Judicis. Hodie enim, postquam privata in jus vocatio penitus exolevit, comparere non tenetur in Judicio, qui Judicis autoritate non fuit citatus. Stryck in usu mod. pand. ad tit. de In jus voc. §. 1. Et licet Vinnius ad §. 12. Inst. de Actio. Gudelin. Grönwegen & alii asserant, in pluribus Judiciis, præsertim inferioribus, receptum esse, ut minister publicus vel apparitor reum, ad solam actoris instantiam, citet: id tamen Germaniæ moribus vix probari, idem Stryck reponit; nec exinde consuetudinem fruetandam, advertit, quòd per sepe reus, Juris ignarus, ad interpellationem actoris vel apparitoris se Judicio sistat: cum liceat etiam non legitime citato se Judici sistere, si velit, eò effectu, ut negotium pariter subsistat, ac si legitime citatus esset. Gail. lib. 1. obs. 48. num. 4. Competit nihilominus taliter & privatim citato exceptio illegitimæ Citationis. Dixi